



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Seqvitvr Confvtacio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

SEQVITVR CONFVTACIO.

NIhil minus erat mihi in uotis, quam scriptis belligera-
ri cum quoquam, sed fratriis uerba et si scopæ potius
dissolutæ, & arena sine calce sint, tamē audet eas protrudere
nobis. Quare et ego perfricta fronte dicam, iacta esto alea,
legant qui uolent, qui non, abiijcant. Cum fratre dispuo.
Doctiss. iudicio nihil præiudico.

¶ Primum omnium præfari uisum est, ne quempiam di-
ctio Monachi deterreat, gaudent enim ipsi hoc dicendi ge-
nere etiam in concionando. Et ante, statim in uestibulo
operis uim fecisse uide Grammaticæ, corporis Epitheton
in masculino genere ponens, Sed doctor est, penes quem
stat Grammaticæ authoritas.

Cæterum q[uod] nullam doctis dicit esse quæstionem, quin
aliorum Sanctorum corpora, excepto Christi corpore, sint
in terræ puluere: bono uiro maximas habeo gratias. An
indocti fuerunt illi, qui Sanctorum cum Christo ascensi-
onem de limbo cum corporibus suis in literas miserunt?
Equidem demiror quia fronte dogmata scholastica hacte-
nus tot sudoribus defensa, hic homo cleuare audeat.

¶ De Christi uero glorioso corpore, et eius Ascen-
sione, nulla nobis erat quæstio. Sed iniquam cauſsam a-
git frater, ne nihil dixisse uideat, etiamsi extra cho[r]u[m] uel ole-
am, ut habet prouerbium. De corpore inquit Deiparae uirgi-
nis, & Ioānis, Christi & matris eius cognati(hūc textū De
lius natator exquirat) pia est disputatio, sed non modo de-
terminanda responsio. Imo determinanda erat, & scriptu-
ris fide dignis confirmanda. Nam tibi tam frigide & ieju-
ne theologizant non creditur: cum ne una quidem litera
probabis hos quoq[ue], Sæc[t]os corpore & anima esse in cœlo,
ne sine nobis consumarentur, ut uidebimus, Pergit frater.

Secunda